





G.23. num. 3. 2. 6  
I. N. D. N. I. C.  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
De 1707  
**DOMINIO,**

*Quam*  
FAVENTE SUPREMO NUMINE  
Ex

AUTHORITATE & DECRETO

*Magnifica & Amplissima*

FACULTATIS JURIDICÆ,  
in inclyta, quæ est Teutoburgi Cli-  
vorum Universitate Regis Bo-  
russ. florentissima

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus atque Immu-  
nitatibus Doctoribus more majorum ritè ac  
legitimè capessendis

*Publica ventilationi subjicit*

WOLFGANGUS CASPARUS HANSMAN,  
Ratingâ - Montanus,

Ad diem Octobris, loco horisque solitis



DUISBURGI ad RHENUM,  
Typis JOHANNIS SAS, Academæ Typographi,  
Anno M. DCC. VII.

DISPUTATIO INANGRIVIAE  
DE

# DOMINIO

WERNERIUS DOMINIUS MUNSTER

FRANCISUS FRATERNUS DUDENBERG

ACADAMIA IMPERIALI

ACADEMIA IMPERIALI

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
**J O A N N I**  
**W I L H E L M O**  
D.G. COMITI PALA-  
TINO AD RHENUM  
S. R. I. ARCHITHESAURA-  
RIO ET ELECTORI,  
BOJOARIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM  
**D U C I**  
VELDENTIÆ, SPONHEIMII, MARCÆ,  
RAVENSBERGÆ ET MOERSIÆ  
**C O M I T I ,**  
DUNASTÆ RAVENSTEINII &c. &c.  
PRINCIPI ELECTORI  
ATQUE DOMINO EVERGETÆ  
MEO CLEMENTISSIMO  
VITAM, INCOLUMITATEM FELICITA-  
TEM PERENNEM!

SERENISSIME ATQUE  
POTENTISSIME  
**PRINCEPS  
ELECTOR,**

DOMINE CLEMENTISSIME,

 Ubditus ex eo, quod  
subjectus sit Manui &  
Potestati superioris sui,  
dicitur; Quod argu-  
mentum omnium for-  
tissimum hanc mihi audaciam di-  
ctavit,

etavit, ut ad SERENITATIS  
TUÆ ELECTORALIS solium,  
cui perpetuam subjectionem & in-  
temeratam fidem debeo, accede-  
rem, pagellásque has Augusto No-  
mini Tuō inscriberem; Patere igit  
tur POTENTISSIME & IN-  
DULGENTISSIME ELE-  
CTOR, ut primogenitos foetus  
jure naturæ debitos ad Gloriæ Tuæ  
Templum atque Honoris Tui Aras,  
cliente submissione, immolare, Be-  
nignissimèque concede, ut mihi de  
Clementissima acceptione, supplex  
gratulari queam; Omnia summa-  
tunc me arbitrabor consecutum;  
Floreas SERENISSIME ELE-  
CTOR, & Felicitatis Tuæ Prin-  
cipales ramos latissimè diffundas;  
marcescens Pacis Olea reflorescat,  
& aurea Pax jam exul, expulsâ Bel-  
lonâ,

lonâ, redeat Triumphans; Vitæ  
filum ad cana Nestoris secula cum  
Serenissima Domo producat A-  
TERNUS DEUS, atque æviter-  
nūm vigeat Augustæ Laudis Tuæ  
perennis Laurea; Sic ardentibus  
precatur precibus, animitûsque vo-  
vet

SERENITATIS TUÆ  
ELECTORALIS

Subditus & Cliens humillimus  
Wolffg. Casparus Hansman.



In Nomine Domini Nostri Iesu  
Christi in quo vivimus , movemur  
& sumus , *Caus. 26. quæst. 7. Can.*  
*non observetis 16. in fin.*

Bene universa reguntur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile Deo; Imperat.  
Justin. *Nov. Conf. 6. in pr.*

## S E C T I O I .

### De Natura & Essentia Dominii.

#### §. I.

**I**uxta morem receptum, in ipso quasi vestibu- *Etymolo-*  
lo, ut ab *Etymologia nominis* cum Ulpiano *gia.*  
*in l. 1. ff. de j. & j. exordiar*, nemo sinistrè  
interpretabitur; Dubii ergò istius, quod circa  
derivationem Voci: *Dominium* oboriebatur,  
resolvendi gratiâ, non necessum reor, extra  
Juris nostri Hemisphærium, ad Latinarum E-  
legantiarum Commentatores confugere, sed ex ipsis Jurium Ele-  
mentis decisionem petere, hortatur argumentum Paragraphi *Sui*  
*autem j. de hered. qual. & diff.* cuius ductu Dominium à voce:  
*domus* (ita nempe, ut à Domo ea, quæ nobis propria seu nostra  
sunt, rectè domestica seu in Domino nostro esse dicantur) cum  
Wesemb. *ad tit. ff. de A. R. D.* derivari, haud inconcinnè con-  
cludatur.

A 2

§. II.

*Sensu tri-  
plex Do-  
minii.*

§. II. Naturam verò, seu definitionem Dominii quod attinet, liberanda priùs hæc vox ab ambiguitate, nam in sensu triplici sumitur communiter (1.) latissime, quomodo denotat quamcunque potestatem, seu facultatem legitimam ad aliquid, sic Imperator in *l. aegaeis 9. ff. ad l. Rhod. de jact. mundi Dominus, Procurator in l. 22. & 23. Cod. de Procur. Dominus litis*, idem de Defensore, qui satisdedit, in *l. 76. ff. eod. disertis verbis prædicatur*; (2.) latè pro Jure in re, quā ratione plures species Juris in re sub verbo Dominii veniunt, uti hereditas in *l. 19. §. 3. ff. de castr. pecul. servitus in l. 8. pr. de Reb. autb. Jud. possid.* Pignus in *l. 48. de solut. quin & possessio in l. 2. Cod. ubi in rem Actio. annumerare his solent causam dotis, cuius & Vindicationem concedit l. Dote Ancillam 9. C. de R. V.* (3.) strictè & specialiter pro certa juris in re, ab aliis distincta specie, *text. apert. l. 13. §. 1. Cod. de Judic. ibi: Sive super possessione, vel dominio, vel hypotheca, seu super servitutibus. add. l. 19. pr. de damn. inf. omnino Struv. Exerc. XI. th. 3. n. 1. 2. 3. & th. 4. Hahn. ad VVes. tit. de A. R. D. n. 3. quibus prænortatis;*

*Dominii  
definitio.*

§. III. Dico, Dominium ita specificè sumptum, est Jus in re corporali, quo quis de ea potest pro arbitrio, nomine proprio, disponere, nisi lex vel conventio obstat; Quam definitionem generè & differentiè constare, manifestò liquet, alias præ reliquis studiose enucleavit Myns. in *Rubr. 7. Lib. 2.* ad quem, brevitatis studio, hisce fiat remissio; verba tamen ista posteriora: *nisi lex vel conventio obstat*, limitationis, vel potius majoris declarationis ergò, sunt addita, & quoad substantiam definitionis ab- vel adesse possunt, ob varias tamen causas, ut ob cautionem testamentariam, vel partium conventionem, vel ob personarum aut rerum ipsarum qualitatem addi convenientius, docet Zos. ad tit. de A. R. D. n. 1.

*Defendi-  
tur alia  
Def.*

§. IV. An verò coincidit hæc definitio cum ea, quam videtur in *Compend. Lauterb. eod. tit.* quæ ita habet: *Dominium est Jus in re, quo res alius est propria? ita est, nam verbum: propria inuit differentiam specificam Dominii in tertia significacione sumpti, quia hoc solum ex ceteris Juribus in re comparatum est in rei*

rei seu corporis ipsius naturalis substantiam, dum rem ita afficit, ut, si velit dominus, non modò de ea liberè possit disponere, sed etiam vindicare eam à quovis possessore l. 13. de R. V. §. 1. in fin. 7. de act. Cetera jura in rem sunt vel in accidentia & qualitates corporis naturalis comparata, ut Servitutes propter rei emolumenta, pignus pro securitate, possessio ratione detentionis; hæreditas autem ob aliam rationem verbi: propria à dominio discernitur, nam continet hæreditas alia quam defuncto propria l. 19. pr. ff. de H. P. ibi: ut res pignori data defuncto, vel commoda, deposita; deinde hæreditas non tam respicit corpus rei singularis, quam Universitatem & Jus; l. 50. pr. eod. ibique eleg. Gorbof.

§. V. Ex dictis facile enervatur quaestio illa: an detur rerum *Dominium* incorporalium propriè dominium? quâ in re affirmantium casta sequitur Treutl. vol. 2. th. 1. lir. I. ubi fasciculum textuum contrariantium habet, ù (1) text. l. 15. §. 8. quod vi aut clam, ibi: dominii ratio habenda, si servitutes amittantur, l. 3. si ususfr. per. arg. l. 48. de hæred. Instit. & §. ult. I. eod. ibi: hæreditatis *Dominus* &c. sed Responsio ex antedictis jam tum patet, & quando in LL. citat. alia etiam jura incorporalia veniunt nomine dominii, vox illa idem est, quod jus ad aliquid, vel facultas in- aut propter rem. (2) obf. l. 4. Cod. de prob. ibi: *Dominium proprietatis*; Re. proprietatem duplice sumi posse (a) pro ipsa re, uti sit in §. ult. I. de ususfr. ibi: finitur *Uſusfructus*, si domino proprietatis cedatur; (b) verbum istud *proprietas* invenitur aliquando majoris effectus & emphasis gratiâ additum verbo: *Dominium*, uti in hoc ipso pro obstante citato textu, simile quid vid. in l. 74. de furt. unde non sequitur, ergo datur aliquod proprium dominium Juris. Nec evincit (3) contrarium rot. tit. ff. si serv. vind. quod sc. vindicatio presupponat dominium, arg. l. 23. pr. ff. de R. V. nam si rei vindicationem latè cum Bachov. in not. ad VII. femb. n. 2. d. t. de R. V. sumas, ita, ut vindicare idem sit, quod assertere, tum facile ambabus ulnis rerum incorporalium Vindicationem concessero, secus, si pro rei corporalis assertione, juxta §. 1. I. de act. & arg. §. 40. de R. D. add. Volck. Bechman in *Comment. theor. præl.*

part. 2. exor. exerc. XV. n. 13. seqq. Bicc. rer. quotid. Sect. 3. n. 8. in additam. Nec facit (4) ad utilem vindicationem sufficere quasi possessionem juxta Bachov. ergo rerum incorporalium, ut quæ sunt in possessione, est vindicatio; & vindicatio non ex possessione, sed principaliter Dominio juxta l. 23. de R. V. aestimanda, licet quoad actum secundum aestimari possit ex possessione, quæ contra possessorem competens. Et certè quilibet actio ex proxima sua causa nominanda aestimandaque est, igitur ex hereditate oritur petitio hereditatis, ex Servitute confessoria & negotoria, ex pignore hypothecaria, ex possessione interdicta, ex dominio autem proprio sic dicto, rei vindicatio propriè ita dicta. Cœlumque terræ misceret, ut cum Arumnæ loquitur Hahn. d. s. de R. V. n 5. qui hæc ita non distingueret.

## SECTIO II.

### De Dominii Divisione.

#### §. I.

*Dominium  
jurisdicti-  
onis.*

**D**ominium in generali sensu & impropriè sumptum, convenientisque discursus gratia est vel \* JURISDICTI-  
ONIS, quæ vel summa, vel subalterna; Illa est abso-  
luta potestas regendi & defendendi rempub. ad Imperii  
utilitatem, seu Majestas junctim Imperatori & statibus competens,  
illi tamen eminenter, Germ. die Römische Käyserl. Macht und  
Vollkommenheit ic. Hæc est jus ac potestas summi post Imperi-  
um Regiminis, eique annexorum regalium, sub nomine der  
Landesfürstl. oder hohen Obrigkeit/ cum territorio concessa, &  
legitimè acquista, regulariter in omnes territorio inclusos, vid.  
Wehner. obs. præf. voc. Landfässery/ ordinario & proprio jure,  
non ratione originis sc., sed quatenus semel constituta, Hahn.  
ad VVes. tit. de Jurisd. n. 8. competens: Et quidem (1) Electori-  
bus tam Ecclesiasticis, quam secularibus, (2) Principibus, quo  
refer Archi-Epis copos, Episcopos & Archiduces, Duces, Prin-  
cipes,

cipes, Comites Palatinos, Marchiones, Landgravios, Burggra-  
vios, Comites, Barones. (3) Liberis Civitatibus Imperialibus,  
(4) Nobilibus Imperii immediatis, ut Suevia, Franconia & su-  
perioris tractis Rheni, der Schwabisch. Franchisch. und Ober-  
Rhein. Ritterschafft / qualem ordinem è laudato Wehnero voc.  
Stand des Reichs / ibique propositis septem Classibus format  
Hahn. loc. pract., ubi censendus tanum voluisse proponere, quâ  
ratione merum & mixtum Imperium, omnimoda Jurisdicçio, Do-  
minium Territoriale relatis subjectis competat, non sessionis or-  
dinem referre; Inter status enim Imperii Nobiles istos non re-  
censeri exceptis quibusdam adducit Wehner. voc. Ritterschafft /  
& d. voc. Stand des Reichs / add. omnino Vitriar. Instit. Jur.  
publ. lib. I. tit. XX. n. 9. ibique seqq., ubi quarit, an Nobilitas im-  
media hodie faciat statum Imperii? placet alius per Rec. depet.  
VVformat. de Anno 1564. §. 32. ibi: die Ganerben und andere von  
der Ritterschafft und dem Adel welche unter den Eräys und  
Reichständen mit begriffen seind / sed negativè concludit; per  
Capit. Leopold. art. 3 & Joseph. eod. ibi: darzu den Ständen /  
sammt erstged. Ritterschafft Ihre Regalia &c. confirmiren; vel  
\* PROPRIETATIS, atque ita denotat Patrimonium privatum, Proprietas  
h. e., illud, quod singulorum in bonis est, & per vocabulum pa- tio.  
trimoni, l. I. §. 7. de off. pref. urb. Item per verba: meum tuum,  
suum, nostrum declaratur, vid. l. 3 & 25. ff. de O. & A. Vocem  
autem Domini, rectè in generaliori significatione hoc modo  
usurpandam esse, monere, necesse erat, ne contrarietas ob-  
oriri subtiliter quavis rimantibus videatur; nam accuratiù lo-  
quendo, esse in bonis, & esse in dominio, differunt, illud enim  
magis late patet, quam hoc, etenim in bonis omne illud est,  
quod per actionem peti, vel per exceptionem retineri potest; l.  
32. ff. de A. R. D. sed non statim in Dominio, l. 49. de V. S. Ex-  
emplum planum est in nominibus actiuis, denen aufstehenden  
Schulden; Hopp. ad pr. I. de R. D. Deinde etiam in Dominio  
specificè tali res corporales esse, supra demonstratum.

§. II. Ad rem nunc proprius accedendo, prætermisis aliis di- Principa-  
sunctionibus, Domini, ut in Bonitarium, Quiritarium & ple- liores divi-  
num,

siones do-  
 minii in  
 revocabile  
 & irrevo-  
 cabile  
 verum &  
 quasi  
 Plenum &  
 minus ple-  
 num  
 Directum &  
 utile.  
 num, quæ distinctio antiquitates Romanas sapit, & explicatur à  
 Biccio in *Aur. Jur. Civ. Justinian.* sct. 3. n. 8. lit. c. Item in Do-  
 minium actu & in spe, §. sui autem I. de Hæred. qual. & diff. ubi  
 lex filium, rerum paternarum dominum vocat; de tribus di-  
 visionibus agendi propositum est, nimirum de revocabili & irrevocabili,  
 seu civili & naturali respectu conjugum se tenente (aliás enim  
 etiam hæres fiduciarius Dominium revocabile habet, quod ce-  
 dente die fideicommissi in fideicommissarium transit, idem juris  
 quoad hæredem in re sub conditione legata, l. 66. ff. de R. V. l.  
 29. §. 1. qui & à quib. manum. vel si quis dominium ad certum  
 tempus auff ein wiederkauß acquisiverit) de vero & quasi, seu  
 b. f. possessore, deque pleno vel minus pleno; Quā in re satis  
 confusa ita procedam, ut prævio generali quodam & compendio-  
 so de acquisitione Dominii discursu Eff. Etus & Contraria singu-  
 larum specierum pro virili exhibeas; Est autem plenum Domini-  
 num, cum quis & rei proprietatem habet, & omne ejus Emo-  
 lumentum; minus plenum, cùm alterum horum tantum, ideoque  
 hoc iterum vel directum der ober oder mehrer Grund Egyen-  
 thumb / unde vox: der Egyenthumb-Herr oder Erb-Herr / vel  
 utile der unter oder nieder / Item nugbar Egyenthumb; Direc-  
 tum vero Dominium est, cùm solam proprietatem, Utile, cum  
 quis usumfructum sensu juris haberet; vid. Rosenth. de feud. concl.  
 l. c. 6. n. 8. Besold. Thesaur. pract. lit. a. n. 30. H. hn. ad VVesemb.  
 tit. de R. V. n. 3. Struv. Exerc. XI. th. 55. & s. restrictio; Wechner.  
 observ. pract. voc. Eigen / ubi in fine dicit, verba unser Guth /  
 Egyenthumb / non importare necessariò allodium, cùm & de Va-  
 falli dominio possint intelligi; Sed an non per datam Dominiū u-  
 tilis definitionem usufructuario utile Dominium constituitur? Non  
 abs fundamento ita quis senserit, igitur dicta solū intelligenda  
 sunt, commodioris expositionis gratiā, unde aliter dominium u-  
 tile definiri solet: Jus in re aliena cum potestate alienandi con-  
 stitutum, Cl. Lauterb. nd tit. ff. de Usfr. lit. H., ubi tamen D.  
 Stryk. in not. hanc potentiam alienandi non sufficere arbitratur,  
 cùm concedens usumfructum simul eam possit concedere, sed ad-  
 huc requirit liberam quoad rei utilitatem disponendi facultatem;  
 Quæ

Quæ tamen assertio etiam claudicare videtur, quare præ reliquis ea arrident, quæ commentatur Hopp. ad §. XI. f. de R. D., nempe quod utile dominium sit Jus vel facultas percipiendi fructus libera, & ad certam personam non restricta, absque tamen proprietate competens; Cui nunc ad agnoscendam differentiam Ususfructus à Dominio utili hæc non sufficiunt, is addat Examen feud. Stryk. cap. 2. qn. 14.

§. III. Utile autem Dominium habere communiter in jure nostro dicuntur (1) Emphyteuta l. 71. §. pen. & ult. de legat. 1.  
(2) Superficiarius arg. l. 75. de R. V. (3) Vasallus arg. 2. f. 8.  
¶ s. rei autem & 2. f. 23. in fin.

EMPHYTEUSIS aut ut consilia, aut ut constituta consideratur, sensu priori est contractus consensualis, de utili rei *tenuis quid immobilis dominio transferendo*, sub lege meliorationis, & certe, *sit disquita pensionis annua*, in recognitionem dominii directi, solvenda, unde nascitur actio personalis ex Contractu, b. f., ad id, quod partes exinde sibi praestare tenentur; An vero ad perfectiōnem ejus requiratur scriptura, querunt? Quod contra Carpzov. Part. 2. c. 39. d. 7. n. 6. Valafc. de Jure Emphyr. qu. 7. n. 2. Vinn. ad §. 3. I. de locat. cond. n. 8. Brunn. ad l. 1. Cod. de f. E. cum Cl. Lauterb. tit. si ag. vœctig. in C. negatur; sin, ut constituta accipitur, tunc Jus in re immobilis plenissimè utenda fruenda est, cum potestate rem vindicandi, &c. vid. pralaud. Lauterb. d. l. in Eff. à Domino alteri, sub lege meliorationis, & annua pensionis Germ. Erbzinnis in recognitionem dominii directi solvenda concessum, l. 1. & seq. C. de Jur. Empb. §. 3. I. loc. cond. Lauterb. l. cit.

SUPERFICIES est Jus in Superficie, in solo, vel ædificio alieno posita, vid. l. 15. ff. qui por. in pign. eā lege constitutum, ut certo solario aut pensione annua: Bodenzzinns solutā, domini instar, re illa utrū frui licet, Germ. Grundrecht quoad dominium directum sc., item Pflegrecht quoad superficiarium: Ex hisce facilis urnā differentiam hujus negotii ab aliis, utpote Emphyteuta, Vasallo, Usufructuario, Usuario, Colono, Conduëtore, Inquilino conjicies, quam clarius proposuit Hahn. ad VVensem. Lib. XLIII. ff. 115. 18. Illud adhuc querendum venit, an non

B

(cum

Cum hic agendi locus sit de dominio rei saltem utili transferendo, ad quod non tantum traditio, sed & causa ad transferendum Dominium habilis requiritur, l. 31. ff. de A. R. D. à sententia Carpz. P. 2. c. 37. d. 22. Franzk. de Laudem, cap. 13. n. 16. arbitrantium præsumi translatum esse utile dominium, si permisum est simpliciter adficare in re ad longum tempus locatâ, recedendum ad stipulante texu l. 39. ff. locat. ibi: non solet locatio dominium mutare, & l. 65. de Contr. emt.?

**Feudum** FEUDUM est Jus per traditionem ex contractu, vel consuequid sit. tudine feudali quæsitum in re aliena immobili plenissimè utenda fruenda, sub conditione mutuæ fidelitatis (quò spectat illud: Getreuer Herz / Getrever Knecht) alicui constitutum, vel breviter: concessio Domini utilis sub lege fidelitatis; Stryk. exam. feud. c. 2. q. 11. & seq. per quæ posteriora verba Feudum à reliquis speciebus sibi cognatis, ut loquar cum Lauterb. ad prefat. tit. ff. si ag. veetig. in fin., aperte distat, adeò ut sublato hoc requisito essentiali fidelitatis der Lehenepflicht / non amplius feudum, sed alius foret contractus, Stryk. ibid. qu. 23. ibique alleg. Struv. in Syn. feud. cap. 2. lib. 6. n. 7. conf. idem Stryk. cap. 13. qu. 3. ubi feudum esse sine Juramento fidelitatis posse, sed non sine fide, asserit; add. text. 2. f. 24. §. 1.

**Vicina re-  
alia species** §. IV. Non abs re visum, considerare hic, proximæ cum adlatis tribus ductis speciebus vicinitatis gratiâ, quædam alia negotiorum gen-

(1) alia species hora, ut (1) JUS PRECARIÆ, quo veluti precarius Ususfructus prædii Ecclesiastici alicui ad dies vitæ vel in perpetuum conceditur eâ lege, ut de quinquennio in quinquennium renovetur ad perpetuam rei memoriam, vel est jus ex prædio Ecclesiastico percipiendi fructus, concessum vel gratuitò, vel certâ mercede numeratâ, vel in compensationem dati beneficii Ecclesiastici; Dessel. in Ercorem. Jus Can. ad tit. x. de precar. Lib. 3. XIV. Honor. van Axel Compend. Jus Can. ibid. consentit ferè Struv. Syn. feud. cap. 2. a. 10. Respicit ergò Stryk. in not. ad Lauterb. tit. si ag. veet. in fin. textum l. 14. C. de SS. Eccles. & Nov. 7. pr. & cap. IV. ubi Imperator Justinianus Impp. Leonis & Anthemii sacras & Canonizatas, C. hoc jus porrectum X. qu. 2., constitutiones super concessione

concessionē rerum Ecclesiasticarum, quod nempe predium aliqui  
 concedatur ad dies vita, vel certum tempus, in usumfructū, ne  
 illud ipsum, eō mortuō, vel tempore elapsō, cum alio aequivalenti,  
 redat ad Ecclesiam, emanatas non tantum confirmat, sed etiam  
 earum utope in Ecclesia maiore Constantinop. obtainientium vim  
 ad omnes Ecclesias, & Xenodochia, & Nosocomia, & Geronto-  
 comia &c. extendit; an verò hac ratione benè vocetur precaria  
 Canonica, quomodo eam nimis simpliciter vocat Stryk. d. l.<sup>2</sup>  
 Illud quidem directò ex Dd. Constitutionibus non colligitur, ex  
 verbis tamen d. Can. hoc ius in fin. ut: desideranti cipiām, &c. Item  
 d. Nov. 7. pr. ibi: qui hanc accepit munificeniam, ferè percipitur;  
 Ceterū discrīmen quantum sit, ex descriptione utraque palam  
 est, accedit precariam Canonicam quidem non esse ad hāredes  
 transitoriam, Contractū tamen precarium ad modum Emphy-  
 teusos ad ipsos quoque pacto extendi posse, proit Axel l. alleg.  
 distinguit, & patet ex C. 3. X. d. t. de precar. post dd. Conflitut.  
 Imperat. verò vel morte accipientis secutā, vel tempore convento  
 elapsō, prædium duplex cum dupli proprietate & Usufructu pari  
 redit & venit ad Ecclesiam; aliás nulla procedet conventio de ac-  
 cipiendā hāc Usūs munificentiā; arg. dd. LL. (II.) CONTRA-  
 CTUS VITALITIARIUS germ. Leibgewinn/ quando è fundo, Contractus  
 ad dies vita, omne emolumētum alicui, sub condītione certa vitalitia-  
 quantitatē senēt pro semper solvendā conceditur, quo in nego-  
 rius.  
 tio lāsio non respicitur ob incertum eventum, pari modo ac in  
 rit. ff. de naut. fan. dicunt DD. ob gravitatem periculi, & sortem  
 dubiā usuras peti posse centesimas, per text. l. 26. §. 1. Cod. de  
 Usur. addantur Notæ & Vindiciae Illustr. Thyllii Præceptoris mei  
 ad funera venerandi in Gail. Lib. 2. Obs. VIII. ubi cum eodem  
 Gailio, decisionis momentum in incertissimā mortis certissimā  
 horā figit, adeò ut etiam in personis mysticis, non obslante,  
 quod mori propriè non dicantur, alimentorum vitalitorum pro-  
 cedat emptio, cùm hodie pactis anni soleant determinari, modo  
 non in fraudem legis emptio in mutuum vertatur, quemadmodum  
 d. l. cautè provideretur. Quid (III.) de CENSU judicandum? Paclum  
 certè, sive de censu constitutivo, cùm quis emit sibi censum an- censitum.  
(2)  
(3)

nuum certum ex prædio alieno, sive de reservativo, quem ex proprio fundo vendito sibi reservat vendor, res sit, neutiquam acquiri jus reale, ob translatum omne dominium, recte adverit illustr. Stryk. contra Lauterb. d. r. si ag. vel. in fin. voc. recognitione, ubi tantum pro recognitione dominii accepti singulis annis censum solvi, cum authoritatibus allegatis Carpz. Franzk. Valasc. adducit; non enim Censuarium den. Zinsmann in recognitionem dominii directi domino census dem. Zins. Herni censem solve-re, pater inde, quod Censuarius non privetur bonis, licet per plures annos censem non præstet, sed Domino Censu competat vel actio ex contractu censuali, vel ex delicto, personalis ad censem, vel pecuniam propter contumaciam Struv. Synt. feud. cap. 2. A. X. ibique Coler. Richt. Barbus. quorum Sententia in practicâ hac materia omnino calculus adjiciendus; Advertenda tamen hæc limitatio, nisi reservans censem sibi quoque reservarit dominium directum, tum enim contractus præsumeretur in dubio Emphyteuticus, non censiticus. Carpz. p. 2. c. 39. d. 6. Illud præter dicta de censu observari meretur, quod, si consistat in numerata pecuniâ annuatim præstandâ, juxta LL. Imperii, vid. Ordin. Polit. de Anno 1548. tit. von Bucherlichen Contracten non licet plus, quam 5. thaleros annuos loco censis emere Gail. 2. obs. 5. n. 10. seqq. si vero in fructibus, tum quidem etiam à labe usuraria ca-vendum, adeò, ut emere licet pro 100. thaleris 10. modios frumenti annuos, computato modio pro 12. grossis, quâ ratione revera 5. thaleri annui percipientur; ob incertitudinem tamē tum pretii, tum quantitatis fructuum, paulo major census per-mittitur; Stryk. de caus. Contr. Sect. 2. cap. 8. n. 15. ibique Max. pars. I. Dec. 196. Adjungi meretur (IV.) DOTALITIUM germ. Leibgewinn) quod est jus mulieribus nobilibus, Hartm. Pistor. lib. I. qu. 4. in pr. add. Brunn. in autb. sed que nihil. Cod. de paci. Conv. ita competens, ut, si uxori dotem 1000. florenorum adfert, tunc illa pecuniæ summa, una cum 100. floren. usufructu, reliqua viduæ ad vitam constitui, inque compensationem dotis, do-natio propter nuptias ejusdem quantitatis destinari, & ex iis quo-que annua pensio 100. fl. persolvi debeat, Schnicidew. ad Inspe.

iii.

(4)  
Dotali-  
tium.

*tit. de heredit. qua ab intest. def. sub rubr. de success. inter vir. & ux.*  
*Jur. Sax. n. 46. add. n. 43. requisita ratione agnatorum consensus*  
*& plura exponens. Non male (V.) hic memoratur CONTRA-*  
**CTUS SOCIDÆ**, quo pecora alicui pro viliori mercede locan-  
*tur, sed ut conductor periculum mortis in se recipiat, qua con-*

(5)  
*Conventio  
ad soci-  
dam.*

*ventio denotatur per verba: das Eisern Viehe/ de cuius justitia  
quidem sunt qui dubitent, quos citat Rauchb. qu. Sax. 29. n. 39.  
& seq. à scenore tamen improbo per mercedem periculo quadan-  
tenus proportionatam caveri potest, & sic de praxi omnino vale-  
bit pactum hocce; arg. l. 8. Cod. locat. Cautelam quoque, ut in*

*casum morbi universalis locator partem periculi recipiat, præbet*  
*Stryk. Tr. de C. C. Sect. 2. cap. IX. §. 36. Sed quid, si expresso pa-  
cto Casuum fortitorum periculum in se quis suscepit, an etiam*

*tum conductor juxta bonam fidem (sunt verba d. l. 8.) ratio ha-  
bebitur, si casus valde insolitus oriatur? Communem DD. op-  
nionem in Affirm. inclinare testatur Lauterb. ad tit. Commod. lit.*

**U.** Aliam (VI.) negotii speciem constituant BONA LOCATA  
**Lassgäther** / qua rusticis conceduntur certâ mercede constitutâ  
per simplicem locationem conductionem, & de anno in annum  
repetitam locationem, ubi solus usus non utile dominium com-  
petit, Berlich. p. 2. concl. 48. Quid (VII.) de pacto Ad- vel Am-  
modiationis sentendum? Illud est convention, quâ certa annua

(6)  
**Lassgäther**

præstaciones, fructus Jurisdictionis, aliorumve Jurium commo-  
ditates pro certa annua pensione alteri conceduntur, qui ideo  
Admodiator vocatur, Stryk. d. l. n. 32. (III.) Affinitatem quan-  
dam cum feudo haber JUS PROTECTIONIS, quemadmodum

(7)  
*Contractus  
Ammo-  
diationis.*

enim ibi Dominus directus reservat sibi directum dominium, ita  
in hoc Jure, der Schuß und Schirurgerechtigkeit/ civitas vel  
Ecclesia, reservato jure sui -- se alterius, quām, cui subest, Domini  
defensioni legitimè commitit, & Advocato seu Patrono, defen-  
sori Schirm und Schutz-Herrn/ Bogdtey-Herren annuatim

(8)  
*Jus prote-  
ctionis.*

certum quid persolvit, Wehner. voce Schirms Verwandten; (9.)

**(IX.) CONTRACTUS LIBELLARIUS** huc quoque trahen-  
dus, quem Jus feudale quidem pro Jure Emphyteuticario, 2. f. Libella-

*Contractus  
Libella-*

9. §. 1. ipsum Justinianum Jus in l. 24. §. 1. C. de SS. Ecl. addu- riūs.

cens, sumit, si tamen natura hujus contractus inspiciatur, & loca, ubi ipsismodi bona reperiuntur, ut in specie Comitatum hic vicinum Styrumensem talia continere, notorium; discrepancia hujus ab Emphyteusi patet, nam est talis conventio, quam res in aliud transfertur venditionis jure, interveniente scripturâ, sub certo regulariter, tamen levi pretio, & certâ pensione annua, hac conditione, ut determinato tempore, v. g. clapsis 15. annis, renovetur, numeratô rursus pretiô vel certô, vel arbitrario; Et venit communiter hoc negotium sub nomine bonorum coloniæ germ. Meyergrüther / Franzk. de Laudem. cap. 10. & II. (10) vid. Struv. Synt. feud. cap. 2. th. 10. n. 4. add. Hahn. ad VVesemb. Jus perpetuæ Lib. XIX. tit. 2. n. 8. Menoch. presumpt. 168. n. 1. seq. (X.) de sua Colonia. Jure perpetuæ Coloniae vide paœa sub fin. §. seq.

*Locatio* §. V. Atque hæc negotiorum genera Pactis specialiter in relatâ ad longum formâ, vel ejus generis in aliâ modis facilius solent, præsertim cum tempus non de jure moderno, quod variis in causis simplicitatem juris generatibus ius tunc sequitur, Pactis multum, dummodo ab iniuitate Usuraria in re abstineatur, tribui soleat; Verum, an censebitur jus istud Coloniarium, vel aliud Jus in re translatum, quando res ad longum vel longissimum tempus, & quidem non pro mercede, sed annua pensione fructibus non respondente, locata? Et mox Affirmativam suadere videtur Authoritas Virorum in praxi celeberrimorum, & imprimis Mævii P. IX. Dec. 74. ubi solutionem uniformis canonis per tempus longissimum, præsumptionem Coloniæ juris inducere arbitratur, hancque Sententiam communem testatur Beroy qu. 14. n. 2. Locationem ad longum tempus quippe alienationis Speciem esse, seu per eam utile dominium transferri, probat Brunn. in l. ult. ff. s. ag. vectig. conf. Bachov. in not. ad VVes. Tit. 2. ff. Lib. XIX. n. 8. lit. m. Finckelth. Obs. 3. n. 2. ajens, distinctionem inter tempus longum & modicum DD. communiter sequi; Imò plerumque, ubi dubitatur, a census vel locatio intelligi debeat, contractu ad longum tempus celebrato, & pensione modicâ in singulos annos constitutâ, census estimari debet, nam ei magis congruit, quam locationi conductioni, ait Card. Mantic. Tract. de tacit. & ambig. Conv. Lib. V. tit. 2. n. 52. Sed

Sed non ita simpliciter horum Sententiaz subscribendum, nam  
 potius locatio conductio, quam perpetua Colonia præsumenda  
 est, quemadmodum ipse Mæv. p. I. dec. 136. existimat, ob soli-  
 dam hanc rationem, quid quisque quam minimè credatur, vo-  
 luisse jus dominii sui restrictum, ademptum, aut limitatum, nec  
 temporis qualisunque adjectio variat ipsam Contractus naturam,  
 Struv. Ex. XXIV. tb. 7. ampl. licet etiam in literis, quibus con-  
 cesso dicta ratione ( sc. ad longissimum tempus, item sub præsta-  
 tione certa pensionis annua ) facta, dictum sit: Dass dñ. sich ge-  
 gen den Concedenten trew und hold zeigen solle ic. quæ verba  
 alias speciem feudi, & sic Juris in re inferre videntur; Potuerunt  
 enim accipientes hujusmodi bona se vi pacti adstrinxisse ad hæc  
 vel similia; Cum pacta dent legem Contractui, quam unus in  
 præjudicium alterius, sententiam suam immutando, nec violare,  
 nec Jus alteri quæsumit abs ejus facto intervertere potest, l. 71.  
 74. 75. ff. de R. f. text. not. l. 6. Cod. quand. lic. ad empt. reced.  
 quid si enim, querit Stryk. Tr. de C. C. scđ. 2. cap. 9. §. 35. con-  
 veniatur, dass so lange NB. Pensionarius die Jährliche Pfacht  
 abtragen wird/ solcher Pensions-Contract, beständig in Wür-  
 den bleiben/ und von dem Verpfachter keines wegs usgelnau-  
 diget werden soll? Et nec hoc pacto mox contrahi Emphyteusin,  
 cum hic ( in emphyteusi ) tantum Canon aliquis in recognitio-  
 nem dominii, illic vero pensio fructibus adequata praesteretur.  
 Accedit, quid conductor, evincente l. 10. C. de Locar. ibique  
 Brunn. contra Dominum nec præscribere, nec jus suum mutare,  
 aut colonarium jus acquirere possit, licet vel 1000. annos tenu-  
 erit, & fructus perceperit, imd uniformem canonem solverit,  
 decadente mox laudato. Mævio P. IX. Dec. prealleg. 74 n. 3. ibi-  
 que DD. Omnia optimè hic circumstantia probè sunt conside-  
 randæ, igitur tituli primordium, ex quo posterior formatur even-  
 tus, l. 1. C. de impon. lucrat. descript. specialiter inspicendum, quid  
 patere possit, mentem concedentis à transferendo jure in re suile  
 alienam; Et in hunc modum responsum adducit Hohn. d. l. ¶.  
 Item Anno 1648. Ex hisce dubium mihi oritur, an sustineri possit  
 Jus illud perpetua Coloniæ, quod dicunt esse ( duos quis per 30.

vol

vel 40. annos tenuit bona, eorumque nomine singulis annis certam ac uniformem pensionem solvit) atque hoc modo utile dominium transferri? vel enim titulus ab initio adest dominii utilis translatus, & erit Emphyteusis, vel non adest, & tum, si ut Conductor fundum quis possedit, jus in re non acquirere potest, per deducta; Si aliter, talis Colonia præscripta reapse erit Emphyteusis, quid ni enim Emphyteusis in alieno possit præscribi, si dominus prædii longissimo tempore Canonem repperit? vid. Lauterb. Comp. Jur. ad tit. si ag. vech. in Eff. Jur. Empb. ibi: aut si præscribatur.

## SECTIO III.

### De Dominii Acquisitione.

#### §. I.

*Præter-  
mittitur  
discursus de  
personis  
acquirendi  
capacibus.*

Cum acquisitione absque subiecto acquirente concepi non possit, requiri dices, præmissionem personarum acquirendi capacum; Ast, ne novus ibi excurrendi campus adaperiatur, parum tamen ad rem faciens, saltem in aliud lodialibus (in feudalibus quippe discursus quoad personas feudo qualificatas non adest est otiosus) nam quoad personas prohibitas leve est, quod hodie notetur, earum vero, quæ impeduntur, acquisitione saltem per alias subsistit, in aperto enim est, hodie regulam illam: nemini per alterum acquiri, contentam in §. 3. & 19. I. de inutil. stip. tot limitationibus subjacente, ut contrarium potius pro regula amplectendum; missis igitur his.

§. II. Ad acquirendi modos (quo nomine hic promiscue utor cum titulo, cum alias titulus vel causa sit præparatio ad acquirendum, modus autem ipsa acquisitione) progredior, quorum, juxta §. XI. I. de R. D. verè multi sunt, sub ista tamen universalí divisione, quam tradunt Recentiores, nempe in originarios, quando res acquiritur, nunquam ante acquisita, & derivativos, cum res acquisita ab uno, transfertur & derivatur in alterum, omnes com-

pre-

prehenduntur; Magis specificè autem loquendo modi hi sunt vel

\* ex Jure Gentium, quò varia rationes privatam Dominii acquisitionem exigebant, ut (1) oriens ex communione alteratio; tur vel ex arg. l. 77. §. 20. de leg. 2. (2) intermissio curæ in rebus communibus, l. 2. C. ibi: naturale quippe vitium est, negligi, quod communitum miter possidetur, quand. & quib. quart. pars debet. (3) quod voluntatas ad res proprias, sit tacita veluti natura vox, & proprietatem exposcat; Struv. Synt. Jur. fenn. cap. 1. aph. 1. n. 3. in fin. & aph. 2. vel \* ex Jure Civili, dum aut quoad originem, aut quo ad solam informationem quædam negotia esse suum ex causa civili habent, vid. Hopp. ad §. 2. I. de f. N. G. & C. Atque hæc distinctione non tam ratione causæ efficientis consideranda, quatenus sc. ex jure vel gentium vel civili, modi aliqui dependent, quam ratione finis & usus, quatenus sc. de Jure Romano usus modorum aliquorum vel ad solos Cives Romanos restrictus, vel communiter omnibus etiam peregrinis in Republ. Romana est concessus, in hunc effectum, ut scrii possit, an etiam peregrinus per hunc vel illum modum acquirere possit, vid. l. 1. Cod. de hered. Inst. Sunt enim modi aliqui Juris gentium, qui non ex consensu omnium gentium, sed legislatione Romana sunt constituti, exemplum est de pictura in §. 34. I. de R. D. ubi ex solo Rom. jure deciditur, tabulam picturæ cedere, & tamen est modus jure gentium acquirendi; plura habet Georg. Bicc. rer. quotid. sect. 3. n. 6.

§. III. Reduco autem cum Treutlero Disp. XX. vol. II. modos istos jure gentium acquirendi ad quatuor species generales, tametsi eorum viginti tres recensent Bicc. alleg. l. (1) est OCCUPATIO, quæ vel rerum hostilium §. 17. vel bestiarum, avium, G. piscium §. 12. & seqq. usque ad §. 16. inclus. vel rerum inventarum, ut pro derelicto habitarum, §. 46. vel ad littus maris res pertarum, §. 18. vel thesauri §. 39. I. de Rer. divis. Quantum autem in apprehensione & acquisitione horum omnium fallat hodie regula illa: Res nullius cedant occupanti, quis est, qui non videat? quam parcus est enim Venationum, aucupiorum, Piscatorumque cum libertate Usus, quantusque in aliis Regalium favor! In questionem adhuc trahitur, an res casu fortuito amissæ etiam

Recensentur 4. modis generales?

(1) Occupatio.

huc spectent? quod rectè negatur, furtum enim harum lucri causâ servatarum fieri, cùm amittens, animo non desirerit eas possidente, haud obscurè docet l. 43. §. 4. & seqq. ff. de furt. C. si quid invenisti 14. q. 5. Arbitrariâ tamen potius penâ, quâm ordinaria plectendus carum occultator; quod ipsum juris quoque est in Saxonia, teste Carpz. pr. Crim. p. 2. q. 86. n. 9. quia sc. ab initio res abs animo furandi occupata est; quid autem inventorem hujusmodi facere oporteat, traditur in d. l. 43. §. 8. Vf. solent add.

(2) *Accessio.* Treutl. d. l. th. 2. lit. b. in fin. (II.) **ACCESSIONIS**, quæ fit vel extrinsecus, vel immediatè ex re nostra, illa iterum est vel *naturalis* obtinens in alluvione §. 20, coalitione §. 21, insulae in flumine productione §. 22. d. t. I. de R. D. vel *artificialis*, quâ res accessoria jungitur operâ hominis principali, sic purpura vestimento §. 26. ædificium solo §. 29. insita & coalita e. g. plantæ, radices §. 31. 32. solo — & generaliter *Accessoria principali cedunt*, de quibus varia Exempla d. t. sequuntur; *immediatè* autem ex re nostra cedunt fructus, partus animalium; vid. l. 5. §. 2. ff. de R. V. *Accessoriarum*, §. 4. I. de *fun. perf.* (III.) **SPECIFICATIO**, ad quam tam confusio, quæ rerum liquidarum, quâm commixtio, quæ rerum aridarum dicitur, spectat, corpusque inde consecutum fit vel commune plurium, vel unius, *illud*, si utriusque consensu non mala fide, non casu fiat, §. 28. d. r. hoc, si fiat ab eo, qui rem ab alio b. f. accepit, arg. l. 78. ff. de *Solut.* hanc speciem alii ad Accessionem referendo, tres generales statuant modos, sed an rectè? utriusque Exempla non probant: Et certè in hac posteriori specie non utimur Regula: *Accessorium sequitur principale;* (IV.) **TRADITIO**, quæ est rei & possessionis translatio, l. 3. §. 1. de *act. emi.* dividiturque in *veram*, quæ fit actu naturali, reali & corporali, & quidem in mobilibus de manu in manum, in immobilibus per inductionem, quod pertinet, quod in aliquibus locis requiratur judicialis resignatio; Lauterb. *tit. de pign. & hyp. in C. eff. in fin.* Ordin. Parr. *Jul. & Mont. cap. 97.* add. D. Voz. in *Append. ad histor. Jur. Civ. Jul. & Mont. n. 151. seqq.* & *fictam*, quæ si fictione juris, vel brevi manu: in constituto possessorio, vel *longa manu*: per ostensionem, vel *Symbolo*: per *traditio-*

(3) *Specifica-* (Specificatio) fit vel commune plurium, vel unius, *illud*, si utriusque consensu non mala fide, non casu fiat, §. 28. d. r. hoc, si fiat ab eo, qui rem ab alio b. f. accepit, arg. l. 78. ff. de *Solut.* hanc speciem alii ad Accessionem referendo, tres generales statuant modos, sed an rectè? utriusque Exempla non probant: Et certè in hac posteriori specie non utimur Regula: *Accessorium sequitur principale;* (IV.) **TRADITIO**, quæ est rei & possessionis translatio, l. 3. §. 1. de *act. emi.* dividiturque in *veram*, quæ fit actu naturali, reali & corporali, & quidem in mobilibus de manu in manum, in immobilibus per inductionem, quod pertinet, quod in aliquibus locis requiratur judicialis resignatio; Lauterb. *tit. de pign. & hyp. in C. eff. in fin.* Ordin. Parr. *Jul. & Mont. cap. 97.* add. D. Voz. in *Append. ad histor. Jur. Civ. Jul. & Mont. n. 151. seqq.* & *fictam*, quæ si fictione juris, vel brevi manu: in constituto possessorio, vel *longa manu*: per ostensionem, vel *Symbolo*: per *traditio-*

(4) *Traditio.* l. 3. §. 1. de *act. emi.* dividiturque in *veram*, quæ fit actu naturali, reali & corporali, & quidem in mobilibus de manu in manum, in immobilibus per inductionem, quod pertinet, quod in aliquibus locis requiratur judicialis resignatio; Lauterb. *tit. de pign. & hyp. in C. eff. in fin.* Ordin. Parr. *Jul. & Mont. cap. 97.* add. D. Voz. in *Append. ad histor. Jur. Civ. Jul. & Mont. n. 151. seqq.* & *fictam*, quæ si fictione juris, vel brevi manu: in constituto possessorio, vel *longa manu*: per ostensionem, vel *Symbolo*: per *traditio-*

traditionem clavium, vel signo: doliorum v. g. signatione, vel usu acquirentis sc. & patientia transferentis; Quia vero Traditio sine praviâ causâ dominii translativâ non transfert dominium, ergo hic subintelligitur quodvis negotium dominii translativum, ut causa doris, emti, permutationis, &c. vid. Lauterb. tit. de evit.

vers. ex natura negotiorum onerosorum.

§. IV. Et tantum de Titulis J. G. acquirendi, à quibus, quo- Modorum ad formam saltem diversos introduxit Jus civile, ad quos digno- acquir. scendos, particulares sunt segregandi ab universalibus; Horum Jur. Civ. quatuor, ut hæreditatem civilem (2) Prætoriam (3) Arrogatio 4. Universalem (4) bonorum libertatum conservandarum gratiâ addictio- sales nem: parem numerum in particularibus, ut (1) Usucaptionem (2) Donationem (3) Legatum (4) fideicommissum particolare, 4. particu- vulgo juxta dictum §. ult. 7. per quas pers. cuique acquir. statuunt; lares Quibus addic. Gudel. in Comm. de Jur. noviss. Lib. 2. cap. 3. ¶. f. sunt vero, alios, sic in l. si quis in tantam Cod. unde vi, possessori Dominum rei sibi per vim erupta attribuitur; Item in l. un. Cod. Si liberalitatis Imp. Socius Lib. X. si duo à Principe munus acce- perunt, unô abs hærede moriente, pars ejus accrescit consorti; Porro in l. 2. ff. quand. ex fast. tur. l. ult. Cod. de SS. Eccles. ac- quiruntur Ecclesiæ, pupilo &c. res suâ pecuniâ emptæ, abs ulla traditione; Et putaverim, in hunc sensum hic applicari posse con- dições illas ex lege, dum nempe obligatio effectum à lege ac- ceperit, licet illa antea extitisset; conf. Lauterb. Comp. tit. de Cond. ex lege in lit. X.

§. V. Cum jam inter relatos modos J. C. acquirendi, alii in desuetudinem abierint, alii planè adæquati sint, §. 1. 7. de Donat. l. f. Cod. cod. l. 2. C. commun. de leg. Occurrentes etiam in ma- teria testamentorum, hæreditatum, Legatorum &c. subtilitates longo syrmate adducere, tūn tediumsum, tūn opus extra propo- situm vagans fore, hinc telam materia hujus in præsentiarum præ- scindendo, haud inconsulto me fakturum putem; antequam ta- men ad alia divertar, obmurmurati quis videtur, cur donatio ad causas civiles relata, respice §. 40. 7. de R. D. an non ibi verba: ex causa donationis, Dotis, aut alia causa tradantur, eam modis

J. G. acquirendi accensent? &c. Plura sunt genera Donationum, nam primò est vel simplex vel remuneratoria, simplex iterum est vel mortis causâ, vel inter vivos, illam ad hanc civilium, ductu pr. f. de Donat. hanc ad castra enumeratorum §. 3. supra advenere convenit, vid. Hopp. in Comment. ad cit. pr. de Donat. Guadelin. d. l. v. adjungo modis, ubi latius hunc punctum cum aliis tractat.

## SECTIO IV.

### De Effectibus Dominii.

#### §. I.

*Effectus certà vix regulà compre-henduntur.*

**Q**uid in confuso hocce punto prius, quid posterius dicere oporteat, non pauci unà mecum concludent, præ-  
primis, ubi Paragraphus 1. Sect. 2. Effectus singula-  
rum specierum promisit, quoniam igitur diversa quo-  
ad Dominiorum diversitatem effecta sese exferunt, necesse est,  
habeatur ratio (1) Dominii veri & quasi (2) utilis, (3) civili.  
Viderentur tamen meo quidem judicio, ut aliquid pro Di-  
rectamento conceptus dicatur, Effectus hi, cum adē compen-  
diosè & certa definitione proponi nequeant, aptiore forma,  
& principaliter in his tribus: Perceptione Emolumenterum sc.,  
dein Juribus Actionum, denique in potentia alienandi consi-  
stere.

(I.) §. II. Quantum itaque Perceptionem fructuum attinet, de ea  
Effectus dictum aliquid Sect. 3. §. 3. n. 2. & 3. cui addendum, (1) quoad  
quoad b. f. possessionem, id est quasi Dominium, quod, cum in l. 136.  
fructus. ff. de R. I. bona fides tantum operari prædicetur, quantum rei  
quomodo veritas, b. f. possessor eadem ferè ratione, quā verus Dominus,  
eos lucre-  
tur (1).  
b. f. pos-  
sessor.

§. II. Quantum itaque Perceptionem fructuum attinet, de ea  
Effectus dictum aliquid Sect. 3. §. 3. n. 2. & 3. cui addendum, (1) quoad  
quoad b. f. possessionem, id est quasi Dominium, quod, cum in l. 136.  
fructus. ff. de R. I. bona fides tantum operari prædicetur, quantum rei  
quomodo veritas, b. f. possessor eadem ferè ratione, quā verus Dominus,  
omnia, ex re b. f. possessa, emolumenta lucretur; Sed cur ferè?  
B. Illud interest, inter utrumque, quod verus Dominus omnes  
fructus sibi acquirat irrevocabiliter, quasi Dominus non æque,  
ut ut enim perceptos & consumptos ante lit. contest, suos irrevoca-  
biliter

cabiliter faciat, §. 35. *f.* de R. D. l. 4. §. 19. *ff.* de *Ufur.* quamvis locupletior etiam inde factus, per l. 22. C. de R. V. l. 4. §. 2. fin. regund. Fachin. Lib. 1. Conr. c. 58. Struv. Synt. *Jur.* Civ. Exerc. XI. th. 23. Frantz. Ex. 4. q. 9. diss. Zœf. ad tit. de A. R. D. n. 73. Hartm. Pift. lib. 4. qu. 25. n. 8. *seqq.* cum authoritatibus ibidem copiosè adductis; extantes tamen d. l. 22. uti & post litem contestatam ( ex cuius quippe tempore perdit titulum b. f. possessoris ) perceptos licet consumptos tenetur restituere, Vinn. ad d. §. 35. qui conferatur quoque *quest.* Select. *Jur.* 26. lib. 1. Brunn. ad d. l. 22. C. de R. V. & ita in praxi solem pronunciari: Und ist Beklagter den libellirten Acker sambt allen Nutzungen/ so Er nach der Kriegs befestigung ussgehoben/ einzuräumen und zu erstatten schuldig; Schneid. ad §. 35. *f.* de R. D. add. Carpz. lib.

I. Resp. iit. 4. B. 39. (2) Dominium utili quoque in hoc passu (2) Domini imitatur plenum; aque ac (3) Dominium dotis Civile mari- nus Utilis to competens, l. un. §. 9. Cod. de R. U. A. puta, quoad fructus (3) & ci- constante matrimonio acquisitos, l. 7. §. 1. *ff.* de J. D. cosque *vilius seu* tam naturales quam civiles; Excipe commoda ea, quæ non ut *maritum.* fructus ex re proveniunt, sed Jure Dominii accidunt, quia haec eo, quo dos ipsa, sc. in specie consistens, jure marito compen- tunt, ac finito matrimonio commodo uxoris edunt; Exempla patent in Thesauro, partu Ancilla, in eo, quod per alluvionem accessit, vid. Struv. Exerc. XXX. th. 12. & *seqq.*

§. III. In puncto concerneente Judicia ex Dominio Competentia, (II) Effec- cum in frontispicio Disputationis praesens allegatum, propriè *etius quoad* strique sumptum Dominium esse rerum corporalium, igitur *Actiones.* .

1. §. 5. in fin. causa enim hujus actionis efficiens est dominium, in specie ita dictum, *Ergenthumb/ Ergenthümliche Gerech- tigkeit/ arg.* l. 23. *ff.* de R. V. Hahn. ad *VVes. eod. iit. n. 3.* Struv. ibid. th. 3. Est autem (1) REI VINDICATIO ACTIO in (α) rem, quam Dominus contra possessorum se rei corporalis Domi- num declarari, camque sibi à detinente restitui, petit, ubi in di- recta Vindicatione probare debet Actor Dominum, ex parte sua, & possessionem adversarii l. 2. *ff.* de prob. add. l. 21. C. de R. V.

*Rei Vindi-  
catione, di-  
recta.*

vid. omn. Lauterb. d. t. de R. V. in pr. pag. mibi 117. in fin. ubi elegans consilium, ob difficillimam Dominii probationem communicat; IN UTILI probatur illud, propter quod dicta Actio competit; Ob Varias quippe causas à jure tribuitur utilis vindicatio;

(β) Sic (1) ob ntile Dominum datur ea Emphyteutæ l. 1. in fin. ff. si ag. vecl. superficiario l. 73. §. 1. ff. de R. V. Vasallo 2. f. 8. §. rei petens ex autem, quin &, ob civile Dominum marito utilis vindicatio do- variis can- tis tribuitur l. 9. Cod. de R. V. (2) ob qualitatem ejus, contra quem institutur, sic datur utilis Vindicatio contra fictum possel- forem, nempe qui se obtulit liti l. 25. ff. de R. V. vel, qui dolo desit possidere, l. 27. §. 3. l. 36. pr. 52. eod. (3) ob aliquam equi- tatis rationem ut in §. 34. I. de R. D. in l. 5. §. 3. ff. de R. V. vel suppeditatur (4) ob specialem legis provisionem sic militi ratione rei suâ pecuniâ empta, l. 8. C. de R. V. pupillo & Minori si per tutorem quid emtum pecuniâ pupillari l. 2. ff. quand. ex fact. tur- porò Ecclesiæ aut civitati in simili casu, cum jure minorum utan- tur, l. 4. C. quib. ex caus. maj. contra Regulam, quod in singu- laribus res non succedat loco pretii, utilis rei Vindicatio conce- ditur; plora Refert Hahn. tit. de R. V. in fin. Vicina his in effe- tu est (II) ACTIO PUBLICIANA, quam, ob habitam de b.

f. possessore sermocinationem adducere non abs re est; Eaque de- sribitur Actio in rem, quam is, qui rem à non Domino justo titulo acquisitam, Usucatione nondum impleta, amisit, contra possidentem, infirmiore jure sc. (non enim dari Publicianam contra eum, qui firmius, vel æque jus firmum habet, non ob- flante, quod in priore possesso singatur dominum, per Conse- quens illud in noviore fingi non possit, statuo cum Lauterb. ad tit. de publ. in rem act. in P.) intendit, ut sc. rei Dominus declar- retur, & possidens ad Restitutionem condemnetur; Et hanc Pu- blicianam non tantum b. f. possessori, sed etiam vero & pleno Domino, non quidem quâ domino, sed quâ b. f. possessori, pe- tendo nempe rem ex jure Domini vel quali, attribuunt practici; vid. Gail. 1. obs. 62. n. 4. & 5. in ubiorem hunc effectum, ut, si dominum probare nequacat, possessione saltem tueri sece possit.

III. Effect. §. IV. Quantum facultatem alienandi attinet, distinguendæ rurius

rurus Dominiorum species , nam (A) vero Domino , cui hic quoad po-  
adæquandus b. f. possessor , nihil magis convenit , quam liber a- tentiam a-  
lienandi stylus , text. eleg. §. 40. I. de R. D. l. 21. Cod. mandat. licenziandi  
quæ regula tamen variis subjetat fallentiis , od personarum sc. (A)  
qualitatem , vel partium Conventionem &c. §. 3. Supra Sect. 1. de circa ve-  
quo cardine in simili brevitatem quidem promisit pr. Sect. 3. ad rum & q.  
declarationem tamen istius aditamenti in definitione Dominii ob Dominii  
partium conventionem , placet annectere hanc questionem: Utrum um.  
si convenit inter quosdam de re non alienanda , hoc extenden-  
dum ad quemvis modum , etiam mortis causa? Pro meliori clari-  
tate hæc esto facti Species: Duo fratres , divisâ paternâ hære-  
ditate pacti sunt , ut , qui partem suam conservare nollet , vel  
non posset , eam in extraneum non alienaret , nec vendendo nec  
oppignorando ; alter non habens liberos uxorem instituit hære-  
dem , an procedet quoad res ex hæreditate paterna acquisitas?  
Quæ quæstio etiam concisius ita proponi potest : An in re per  
conventionem alienari prohibitâ hæres institui possit? Pro Negat.  
scrivit pugnant (a) l. 75. ff. de contr. emt. l. 2. Cod. de pact. int.  
emt. & vendit. (B) l. 114. §. 14. & seq. ff. de leg. 1. cique para-  
lelii textus l. 38. §. 2. de leg. 3. Auth. res qua Cod. Commun. de legar.  
unde argumentum deduci vult , quod alienationis prohibitio , quæ  
fit respectu familiae vel personarum &c. fideicommissum inducere  
videatur. (y) l. f. Cod. de reb. alien. non alien. cui add. l. 3. Cod. de  
cond. ob. canf. dar. Affirmativa tamen preferenda , licet enim  
alienationis prohibitioni institutio quoque hæredis extranei inclu-  
datur , ejus tamen interdictio inter vivos , ad actum testamentar-  
ium non porrigitur , nam verba: Contraxerunt , gesserunt , non  
pertinent ad testandi jus , cantar iisdem terminis l. 20. de V. S.  
atqui in casu presenti , Verba: Nec vendendo nec oppignorando ,  
venditiones tantum & oppignorationes , vel similes contractus ,  
non etiam ultimas voluntates inhibuisse videntur; Quamvis ex be-  
nigna interpretatione prohibitio illa alienationis in casu posito id  
efficere videatur , ut paciscaens refusione pretii præviâ , rem repe-  
tere valeat; Et sic in proposita facti specie , cum maximè integri  
Conventionis Fraternæ instrumenti si daretur inspectio , reserva-  
tum

tum censeretur Jus ~~neolunores~~, quod qui habet, non simpliciter rem revocat, sed pretium vel conventum, aut usitatum & commune, exsolvere debet; Rauchb. Quæst. Jur. Civ. & Saxon. XIV. n. 19. Ordin. parv. Iul. & Mont. cap. 99. Et facit pro confirmatione hujus Affirmativæ text. l. 38. §. fundum 3. de leg. 3. cuius verba adscribere è re visum: fundum a filio quoad vixerit, veruit unum dari, donari, pignorari &c. quæsitum est, cum vivus filius eum fundum secundum voluntatem patris retinuerit, an defuncto eo, non ad heredes scriptos à filio, sed ad eos, qui de familia sunt, pertineat, respondit hoc ex voluntate defuneti colligi posse NB. filium quoad viveret, alienare vel pignorare non posse, testamento autem factionem & in eo fundo in extraneos etiam heredes habiturum. Nec obstant alleg. l. 75. & l. 2. Cod. Loquuntur enim de casu, ubi contra pactum de non vendendo res est vendita; neque Textus in lit. 3. adducti, quia alienationis prohibitus, quia non sit in ultima Voluntate, sed Contractu, fideicommissum esse, vel dici nequit, vid. eleg. l. 77. §. 27. ff. de leg. 2. conf. supra laudati Honoratissimi Dn. Præceptoris mei Cl. Thyllii vindicæ & nota in Gail. lib. 2. obs. 16. n. 7. ubi prohibitionem alienationis à testatore vel lege factam rem afficere cum eodem Gailio observat, indeque infert induci fideicommissum, cuius nomine actio realis competit, ergo hoc casu non procedit talium rerum alienari prohibitarum alienatio. Non etiam ferit d. l. f. C. de reb. alien. non alien. loquitur enim simpliciter, si vel à lege, vel testatore, vel pacto de alienatione interdictum, tum etiam ne quidem oppugnationem procedere, non autem nostri casus meminit; Minus viam præcludit l. 13. de Cond. ob Caus. dat. Responsio enim data ad obſt. 1. & hic valitura. (B.) Alienationem Domini utilis quantum concernit, valet (a) translatio juris Emphyteuticarii in quemcunque non prohibitum, qui Canonem solvere potest; l. 3. Cod. de f. E. accidente Domini consensu l. f. C. eod. Lauterb. tit. si ag. rect. lit. b. ubi ex Carpz. p. 2. c. 38. d. 20. dicit, hoc in Saxonie non observari, sed Dominum teneri regulariter novum Emphyteutam recipere, salvo ipsi jure Retractus intra 2. menses, i. e. dominus directus præfertur; si idem pretium solvere velit, d. l. f. Cod.

(B.)  
**Quid juris  
circum alie-  
nationem  
domini u-  
tilis ut**  
 (1)  
**Emphy-  
teuticarii.**

f. Cod. de f. E.; procedere etiam (β) adhibito consensu domini, (2)  
superficiarii juris alienationem ob utile ejus Dominum quis ne- *Superficia-*  
gabit? compar ferè (γ) de *Vafallo* judicium ferendum, habitio rūs?  
tamen discriminé inter feudum novum, ubi Domini directi - & (3)  
inter feudum antiquum, ubi Domini & Agnatorum consensus *Vafallitici?*  
requiritur; vid. 2. f. 55. §. callidis. & 2. f. 34. §. profecto. Kohl. Tr.  
de subfeud. c. 2. n. 4. Lindem. Ex. f. eund. p. 8. ubi dicit, hodie cu-  
rare Dominos directos sibi exhiberi contractum alienationis, ut  
inde, an quid præjudicij lateat, dispiciant, quod utique per se  
verum est, nam consensus ille principaliter in hunc finem domino  
tribuitur; Hanc alienandi potentiam laxiorem esse moribus qui-  
busdam præsertim Belgicis, quibus de feudo, etiam invitatis agna-  
tis, quem testari posse, addito Domini consensu, testatur Feltm.  
de f. eund. cap. 7. §. 3. n. 3. D. Voz. in Tr. ad Ord. Feud. par. Jul.  
& Mont. Obs. IX. ubi tamen addit, competere agnatis jus feu-  
dum antiquum, etiam cum consensu domini alienatum statim re-  
trahendi; Et pròb dolor eò rem devenisse, ut feuda omnia in  
plerisque Germaniae provinciis ari alieno sint obnoxia, ideoque  
ob debita lícite feuda alienari, imò concursu Creditorum publicè  
subhaстari, ita tamen, ut emptor quidem Domini consensum re-  
quirat, necessum sit, is tamen eum sine prægnanti causa denegare  
nequeat, queritur prælaud, Lindem. d. cap. 8. in fin. (C.) Fa-  
cultas alienandi *Dominum civile* quò se extendat, extant quidem (C)  
plurimæ leges tum alienationem, præ ceteris l. i. Cod. de f. eund. alienatione  
dot. tum oppignorationem l. un. §. 15. Cod. de R. U. A. tum cuius- *Dominii*  
cunque Juris in re impositionem inhibentes, quarum tenor etiam *Civilis?*  
meritò obſervandus, quamdiu non docetur de contrario uſu; arg.  
l. 27. Cod. de testam. Variis tamen Germania locis valida rerum  
dotalium est alienatio, accende mulieris consensu; Dn. Schilt.  
ad ff. ex. 36. Th. 95. & 96. Sande lib. 2. tit. 4. d. 2. Carpz. p. 2. c.  
15. d. 20. & 21. alibi ob conjugalem bonorum communionem, &  
quod Maritus sit legitimus Curator Uxoris, bonorum specialiter  
per pacta antenuptialis *Ehestiftungen* vel aliter non exceptorum,  
etiam invitâ muliere alienatio & oppignoratio subsistit; Hopp.  
n. modern. ad pr. I. quib. alien. licet vel non. Aliter in sc̄e laud.

D

Ordin.

Ordin. Jul. & Mont. cap. 94. in fin. verbis: soll der Ehemann re. ohne verwilligung seiner Ehegemahlt zu alieniren und zu veränderen hinsichter kein macht noch gewalt haben; De jure alias communi obtainere solet distinctio, utrum quantitas in dorem data, & permitta censetur alienatio, quia genus non perit, idem in mobilibus maximè iis, quæ sine consumptione vel alienatione non prosunt, datur enim dos & ex fructus pro oneribus matrimonii, l. 20. C. de f. D. Nisi mulier quasdam res pretiosas sibi reservarit, wan sie sich zu ihrem Schmuck was aufzbehält/ ad receptitio[n]is enim hæc pertinebunt, Stryk. ad Lauterb. tit. de fund. dot. voc. servari. Au verò Species, & tum illa vel est mesimato data, negaturque alienandi potestas, vel est estimatio data, & quidem aut taxationis gratiā, rursumque inhibetur alienatio, aut venditionis gratiā facta est estimatio, licitaque erit alienatio; conf. omnino loco eleganti Compend. Lauterb. ad tit. ff. lib. XIX. III. in O. ubi in negotiis, in quibus dominium per traditionem transfertur, estimacionem in dubio Venditionis gratiā factum esse, & in specie Dotem pro Exemplo regulæ adducit.

An adhuc §. V. Atque hæc sufficiant de Effectibus; fateor equidem, eis alii effectus rum plures in quacunque Dominiorum relatorum specie, si non dantur? debuisse, saltem potuisse, pro varietate sc. negotiorum & casuum v. g. ratione Conditionum, vid. omn. §. 26. I. de R. D. Interdictorum, quatenus sc. interdicta quadam rei persecutionem continent, seu proprietatis, non possessionis causam habent, l. 2. §. 2. I. de R. D. clariùs, ut tum possessionis controversiam finiant, tum per consequentiam simul causam proprietatis terminent. Quia sc. istis interdictis is vincit, qui Jus, de cuius usu queritur, ad se pertinere ostendit d. text. alias interdicta non sunt Domini sed possessionis gratiā, l. 14. §. f. de Except. Rei Jud. Struv. Ex. 45. lib. 7. porrò quoad præstationem periculi &c. suo ubiquè sensu salvo, recenseri. Sed quoniam Opusculum, hocce alias opinione & proposito majus excrescit, amputandum erit; Et haec tenus principaliores, ut opinor, effectus attigisse sufficiat; Alii insuper effectus domini utilis ex data cuiusque supra Sect. 2. descriptione addi possunt. Unum tamen haud prætermittendum videtur; Obmodum vebit

vebit fortè quis: Amice, nimis tibi cum Domino est res familiaris, omnia enim ejus commoda proponis, incommodorum verò oblivisceris, utpote onerum publicorum, tributorum, Collectarum &c. ratione quorum Fiscus quidem possesorem sequitur, l. 7. ff. de publ. & vect. in Effectu tamen Dominus v. g. locator, ob mercedem, quam accepit, contributiones tenetur restituere, vel si rem possider, nisi immunitatem doceat, ipse adstringitur; Ut quod res est dicam, & ista tanquam Effectus è Dominio tanquam Causa consecutivè seaturiunt, nisquic objectamentum hocce prævidsem, cardinem hunc tacitè præterissim, namque hic rursus latissimus excurrendi campus; Ast ne, quod brevitas hic vel ibi favoris comparavit, evertat prolixitas, remitto Benevolum Lectorem ad DD. maximè Klock. Tabor. de Contrib. Lauterb. tit. si ag. vectig. in Def. Jur. Emphyt. in Eff. & omnino ad tit. locat. cond. in lit. r. int. pag. mibi 387. vs. tributorum. Tit. de Jur. Dor. in E. in fin. Hahn. in Obs. ad VVesemb. tit. locat. n. 16.

## SECTIO V. De Dominii Ammissione.

### §. I.

**A**D Dissentanea tandem disputatio properat, pro quibus obiter proponendis, utor in limine verbis Wefembecianis ad tit. de acq. rer. Dom. n. 10. Dominium sc. iisdem fere modis amitti, quibus acquiritur, cur autem ferè dixerim, Ratio est, quod in modis originariis regulam hanc suo cadere officio haud difficulter animadvertatur; valet igitur hic effatum l. 202. de R. J. omnis definitio in jure periculosa est, parum est enim, ut non subverti possit. Quam Bachovius non attendens Wefembecium (qui pro aliquali meliori & commodiori informatione, non pro regula modos amittendi Dominii proponere voluisse videtur) nimis rigorosè carpit, & se ipsum, quod miror, non satis intelligere posse assertum hocce Wefembecianum

affirmat in notis ad VVesemb. d. n. 10. lit. t. Et facile est, quin ea, qua pro stabilienda sua opinione de re pro derelicto habita (quod nempe hoc modo amittatur quidem dominium, sed non acquiratur) assert, enerventur, modo consulatur l. 5. §. 1. ff. pro derelicto, juxta quam haud incongruè dicitur, quod eo ipso, quo aliquis rem pro derelicta haber, occupanti eam quasi tradidisse intelligatur, arguente §. 46. I. de R. D.

*Causæ a-  
missionis*

*sunt vel ne-  
cessariae vel voluntariae; Inter priorum classem refero (I) Mor-  
cessaria vel tem, eamque tam naturalem, qua omnia solvere dicitur, quam  
voluntaria civilem, nempe de J. Civ., quo bona damnatorum statim post  
(I) condemnationem publicabantur & confiscabantur, rot. tit. & im-  
Mors tam primis l. 1. ff. de bon. damnat. ubi Collistratus ait: Damnatione  
naturalis bona publicantur, cum aut vita admittatur, aut civitas, aut servilis  
quam ci-  
vitis.*

S. II. Quanquam hec suo modo tolerari defendique possint, apertius tamen rem definiendo, Causæ amittendi Domini sunt vel  
*Qui ad bestias, ferrum aut metallum damnantur, libertatem per-  
dant, bonaque eorum publicantur. Sed quid de Jure moderno?  
Illud publicationem bonorum nonnisi in crimen læsa Majestatis  
in specie sic dictæ permittit, Nov. 134. cap. 13. §. ut autem &c.  
damnaticque bona extra causam perduellionis heredi ab intestato in  
tertium usque gradum defert. Autib. Bona damnat. Cod. de bon.  
proscr. Welsemb. ad tit. ff. de bon. damnat. in pr. & n. 5. seq. ibi-  
que Hahn. à qua praxi nihilominus diff. Heiger. P. 2. q. 33. n. 46.  
& Steph. ad Ordin. Crim. Carol. moti ejus articulo 218. ibi: Oder  
sonst in andren Fällen! Theod. Colleg. crim. diff. X. th. 7. lit. A.  
verbis: *Nisi ageretur de criminibus exceptis, quibus bona fisco ad-  
dicuntur, & memoria post mortem condemnatur, cuiusmodi sunt  
crimen perduellionis, Læsa Majestatis, Hæreses, Apostasie, deser-  
te militie, Repetundarum, Peculatiis, & de Residuis, qui tamen  
in alio sensu loquitur th. preced. 6. lit. E. addens, d. Autib. Bo-  
na damnatorum non indistinctè corrigere leges veteres, confisca-  
tionem bonorum decernentes, sed tantum illas, quibus intuitu  
delicti tacite unà cum pena mortis vel deportationis in conse-  
quentiam bona etiam damnatis adimebantur, Wan enim neben**

Leib

Leib und Lebens straff zugleich auch seine Gûther eingezogen werden; non verò eas leges, quæ in casibus singularibus expresse & principaliter vel confiscationem solam, vel cum alia poena imponunt; Et in hunc sensum placet Hahnio *sopra d. l.* explicare cum Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 12. n. 94. & seq.* præfatum Articulum *Ordin. Crim. Carol.* 218. Quam explicationem quoque patitur generalitas *d. Nov. 134. cap. ult.* utpote de criminibus capitalibus tantum loquentis, per quam Imperator non censendus voluisse derogare aliis, confiscationem quidem, sed ob alias causas dictantibus, sic confiscatio incestas nuptias contrahenti *per Nov. 12.* Item ducenti uxorem aliam, qui à priori voto castitatis diverterat *per Nov. 17.* imposta per *d. Nov. 134.* non sublata; Hahn. *d. l. add. Jul. Clar. qu. 78. pr. Prosp. Farinac. qu. crim. 25. n. 3.* Heiger. *d. l. n. 51.* Carpz. *pr. Crim. Part. 3. q. 135. n. 8. 9. seqq.*

§. III. Amittitur (II) Dominium necessitate quadam per rei ipsius interitum, arg. *l. 63. §. 10. ff. pro Socio*, ubi & societas, re, *Rei interi-*  
*cujus respectu stabat, intererat perit.* An idem in civili interi-  
*tus.* (II)  
*rita, qualem arg. l. 36. ff. de Relig. & sumpt. fun. puta, si per ho-*  
*stem res ablata? Imò & in hoc passu, dictante §. Item ea, quæ ex*  
*hostibus capimus XVII. I. de R. D.* Dominium amittitur, modò  
*tamen iustum si bellum, quale dicitur Publicis & Politicis vel*  
*ratione cause impulsiva, ob quam vel est defensionis, vel recupe-*  
*rationis, vel justa offensionis, quæ singula disertè enucleavit Be-*  
*sold. Synops. Polit. lib. 2. cap. 12. n. 17. 18. 19., vel ratione Per-*  
*sona Belligerantis, ita, ut Authoritate τὸ νύξεων in Republ. haben-*  
*tis nitatur, Sixtin. *de Regal. cap. 1. n. 15.* Struv. *Ex. 41. th. 18. &*  
*20. Synt. ejus feud. cap. 2. Aph. 7. n. 2.* privatis insuper divagan-  
*di & spoliandi à Duce belli potestas concessa sit, necessum est;*  
*Plura de Justitia belli tradit Besold. d. cap. XII. per tot.* Hæcque  
*ita sece habent quoad amissionem, qualiter vero prædam facienti*  
*acquiratur, hujus fori non est, latè desuper DD. ad §. præcit. 17.*  
*I. de R. D.;* Illud adhuc ex Hopp. *ad d. §. in usu moderno*, ad  
*rem facit, totum istud ex Liberalitate Principis belligerantis de-*  
*pendere, cui ob onus stipendiiorum militibus erogandorum, ad-*  
*judicat in bello capta, quāquam per hoc etiam, si adeò rigorosè*  
*obser-**

observaretur, innumeris arma gerendi propter prædæs cupidis, belligandi voluptas interitura, & nemora prædonibus instructiora, quæm ferè campi milite legitimè conscripto forent. conf. Finckelt, obs. 56. n. 21.

(III.)  
Subhaſta-  
tio.

§. IV. Dantur (III.) & alia causæ necessarie, si rem ita sumere velimus, quid enim dicendum de missione ex secundo decreto? per quod intellige iussum Magistratus alterum, quo ob rei fraudulentam & continuatam contumaciam ex primo Decreto missus verus efficitur possessor, & Dominus saltem in casu l. 15. §. 16. & seq. ff. de dann. inf. ibique Brunn. conf. l. 3. C. de Jur. Dom. impetr. vid. tamen. l. 10. §. 1. de acq. vel amit. poss. quod assertum meum autem ita explico, ut, quemadmodum dicimus, constitutionem pignoris esse speciem alienationis, cùm proxima sit alienationi, ita & hīc, ubi posseveraverit contumacia, res non quidem ipsa debita, sed propter ipsam, alia in subhaftationem trahatur, dominiumque adimatur; Carpz. part. I. c. 9. dec. 14. & seqq. Gūlich und Bergische Rechtsordnung Cap. 33. ubi elegans methodus processus executivi. Consequenter ipsa subhaftatio est causa, per quam ex Juris & facti necessitate quis Dominio suo privatur; Revocarem ferè hue punctum Præscriptionis, de qua in prescriptio? sensu proposito non inconvenienter quis dixerit, quod slipata suis requisitis juxta versum communem:

Res habilis, justum tempus, bona causa, fidesque

Non data per dominum possesso, continuata;  
Ob assistentiam legis, non sanè ex causa voluntaria ejus, contra quem præscribitur, Dominum afferat; Speculator tamen aliquis obmoveret, unde orta Usucaptionis materia, an non ne incerto sint rerum dominia, & ita arg. pr. I. de Usucap. ex Dominorum negligentiâ, per Consequens consensu tacito & Voluntario? an dicam tacitum hunc consensum à lege fangi, consequenter in Casu ficto, nempe ablationem domini, operari, sed in vero sensu, contra voluntatem Domini; cons. subnexa Appendix, unum vel alterum fortè hīc conveniens exhibitura;

Causæ vo-  
luntarie  
que?

§. V. Quantum ad Causas Voluntarias jus Dominii amittendi, rursus mea facio verba ad §. 1. Sebt. presentis adduci Wesemb., quibus

quibus & ipse geminatò utitur in fin. tit. de acq. vel amitt. possess. exclusis tamen modis originariis; Quodvis ergò negotium Dominii translativum huc traho; An autem, generaliter etiam loquendo congruat illud physicorum brocardicum: plures sunt modos corruptionis, quam generationis, adductum à Bichov, ad cit. loc. VVesemb. lte. a? quantum ego quidem dignoscere possum, parum efficit, sunt enim quedam, quibus destruatur Dominium, non tamen acquiratur, sunt tamen vice versa etiam alia, quibus Dominii jus adipiscamur, non amittamus;

## APPENDIX.

**Q**uæ nunc ulterius, quoad Dominium civile sive revocabile, & quam maximè utile, in puncto amissionis requiri videntur, ea partim ex generalibus in postrema hac Sectione attractorum peti, partim ex iis, quæ cuique negotio propria & specialia sunt desumi poterunt; & quidem

§. I. Circa primam speciem seu dominium civile pernotus est titulus ff. & C. soluro Marim, in quibus specialiter de ammissione hujus specialiter Dominii tractatur, cuius explicationi inservit l. 240. de V. S. & N. amittitur n. 7. c. 9. §. 5. ubi, si maritus in domo sua, contemnens propriam, dominium cum alia inveniatur, vel in alia domo cum alia muliere frequenter manere convincatur, jure dotis privat; Ratione hujus N. c. 8.

ff. de adulst. quæstio occurrit, an etiam, dum mulier non tantum ob adulterium, sed alios quoque actus remotiores v. g. conviviorum celebrationem cum extraneis viris, jus suum amittat, de osculo idem dicendum? Sunt qui putent, unde Ovidius:

Oscula qui sumpsit, si non & cetera sumpsit,

Hec quoque, que data sunt, perdere dignus erat;

Osculum quippe libinis preparatorium, suscitabulum, antiludium à variis cognominatur, unde sicut percussio preparatorium homicidii est, ira amplexus & oscula Veneris anticenja esse Angelus putavit in l. 2. Col. fin. ff. de priv. delict. confer. Accursius in l. 23. ad L. Jul. de adulst. quod si strictim in praxi observaretur, vererer sanè, ne varia Dotium Jura amitterentur; Sed nego cum aliis

aliis ob osculum dotem amitti, eo quod Imperator illud dd. LL. non exprimat, hinc poenalia contra cap. in paenit. de R. 7. in 6. non sint extendenda.

*An singulare quid in soluto Canone in Emphyteusi Ecclesiastica per biennium, in seculari triennium cadat jure suo, ita tamen, ut in utraque mora per oblationem canonis juxta cap. fin. X. de locat. purgari valeat, Struv. Ex. II. tb. 73. diff. Zœl. ad tit. loc. cond. n. 85. Fachin. lib. I. confr. cap. 98. Cessione præterea, insigni deterioratione, re alienata, consensu Domini non requisito, plura tradit Cl. Superficie? Lauterb. tit. si ag. rett. in O. Jus hoc amittitur; Superficiarum cadere jure suo per cessionem pensionis, negat Lauterb. ad tit. de Superfic. in O. affirmat Stryk. in notis, si per locationem constituta superficies; An autem reviviscet Jus superficiarium, si superficies interiit, & alia domus ædificata? Dissentiendi à Lauterb. ibid. ansam præbet vis utilis Dominii.*

*Fendo?* §. III. Vafallum quod attinet, specialia ibi tot ocurrunt, ut cum Nielio Diff. feud. VIII. tb. 2. exclamandum ferè sit, unâ vix regulâ eadem comprehendiri posse, non obstante 1. f. 19. plures enim Causa post hanc Lotharii Constitutionem emerserunt, quemadmodum decidit text. 2. f. 24. §. 2. circa fin. Et solent quidem Scriptores feudales pro quadam norma in genere tenere, ut ex omnibus causis, ex quibus donatio revocatur, matrimonium solvit, filius exhereditatur, ex iisdem etiam feudum amittatur alleg. tit. 2. f. 24. Hæc tamen tanti non sunt, ut rationi juris præjudicium ferre possint, nam per text. 2. f. 37. pr. si vasillus fratrem Domini occiderit, aut adulterium commiserit, feudo non privatur, cum tamen de J. C. dirimatur matrimonium ex adulterio l. 8. §. si qua igitur Cod. de repud. add. §. præced. Potiores autem amittendi causas variis in locis feudalibus: 1. f. 5. 17. 21. & 2. f. 22. 23. 24. 28. §. ad hac &c. 37. 39. & aliis recentias his ferè puto contineri versiculis:

Offendit Dominum si re, verbis fidelis,  
Sive cucurbitavit eum, in discrimine vita  
Liquerit, accusans sceleris dominumque negarit,

Testatus

Testatus contra Dominum, secreta revelans,  
Servitiumque requisitus præstare recusans,  
Parricida fuit, nolens parere citatus.

### Fluit ex dictis

**Q**UESTIO I. An ob similes, vel graviores causas, quam expressit Jus feudale, Vasallus privari possit jure suo? cui similem in Jure Civ. quidem formant Disputatores quod ad tritam Nov. 115. cap. 3. circa causas exhereditationis ibi expref-  
fas, Negativam comm. amplectentes; Affirmativa tamen hic ad-  
hærere, cogit text. 2. f. 24. §. *prædictis modis.*

QUESTIO II. Utrum, si hisce de causis Vasallo jus suum au-  
feratur, & illud agnatis præjudicet? Profecto Ariadnae filo hac  
in materia opus esset, quo Ducc è Labyrintho difficultatum hic  
formari solitarum emergamus; Affirmat Menoch. lib. 1. conf. 99.  
n. 144. Zal. Tr. de feud. part. 10. n. 101. Berlich. P. 3. C. 37. n.  
19. 20. Gail. lib. 2. de P. P. cap. 13. Lindem. Exerc. feud. cap. II.  
n. 4. & seqq. Sed Negat Hartm. Pistor. cum iis, quos citat lib. 2.  
qu. 15. n. 24. maxime num. 46. ubi magnum Feudistarum Auri-  
gam Andr. de Isern. negantium castris præesse refert, Et ipse  
diff. Rosenth. cap. XI. concl. 5. n. 5. pro agnatis judicatum allegat;  
Cum quâ Negativâ, eò quod exequitate, quam semper cordi habere,  
suadent tot textuum elegantia, scateat, teneo; Nec prætensa tex-  
tuum, ut 2. f. 24. & f. denique 2. f. 37. pr. unde hæc Altercatio non  
modica ex parte descendisse credenda, claritas tanta est, ut affirmem-  
mus quæstionem, præterquam enim, quod hæc loca clarè satis  
ita non disponant, ex aliis itaque supplementum peti possit, ut è  
textu 2. f. 78. & 98. Rationes, quæ in interpretanda constitutio-  
ne plurimum sibi autoritatis vindicant, Hartm. d. 1. n. 47. in Ne-  
gativam defleunt, nempe: Delicta suos tenere authores, neque  
alterum alterius odio prægravari posse, & semper interpretatio-  
nem ita oportere fieri, ne quis damnum indebitè sentiat.

QUESTIO III. Quid verò de filiis sentendum? Ix. Ipsis per de-  
lictum pater præjudicat, præterea enim, quod ita d. 2. f. 78. &

89. exprestè decidatur, insuper hæc ejus ratio dari potest, quod, quemadmodum Vasallus alienando, non solum suum, sed & filiorum Jus in Emptorem transferre potest, ita, ut sine pretio proximus agnatus, viventibus liberis, feudum recuperare nequeat, 2. f. 26. §. Titius parile in casu nostro jus obtineat; Agnatus enim ex pacto Antecessorum demum post mortem ejus, qui se gradu proximior est, ordine successivo vocatus videtur, ergo etiam, sicut non potest conqueri, quod Dominus feudum obtineat, quamdiu delinquens in medio est constitutus, ita non potest conqueri extantibus ejus filiis; Cujus constitutionis fundamentum esse ea, quæ Gail. ipse d. l. n. 22. habet, sc. mali corvi malum ovum, &c: non procul à proprio stipite poma cadunt; quis inficiabitur? ob malam præsumptionem; Cujus intuitu etiam de J. C. in perduellionis criminis à patre commisso, filii perpetuā infamia notantur, l. 5. §. 1. Cod. ad L. Jul. maj. ibi: in quibus paterni, b. e. hereditarii crimini exempla metuuntur. Accedente & hoc, quod filii censeatur concessum feudum patris intuitu, ergo ad illud aspirare non poterunt, si is in alium vel contrahendo vel delinquendo feudum transtulerit; Hartm. lib. 2. qn. 16. n. 21. & seqq. Antecedens probatur ex eo, quod in variis textibus, vid. 2. f. 31. 78. & 98. differentia manifesta inter filios & agnatos, ita, ut illis obsit patris delictum, his non æque, statuatur.

Hæc sunt, queis finem studiis imponere cogor,  
Si minus apposite quid scriptum forte, benignus  
Corrector potius, quam Zoilus esto, memorque  
Effati, noster quod Justinianus (a) adoptat:  
*In nullo peccare Dei, haud mortalis, habetur  
Pomponii interea servabo nobile dictum (b)*  
*Quamvis in tumulo pes jam tum sisseret alter,  
Non tamet ulterius quidquam didicisse pigebit.  
Nunc immortales tibi sint pro munere tanto  
Magne Deus grates, oro, sit gratia constans,  
Quæ valeam reliquos ita continuare labores,  
Sentiatis ut tandem sua commoda proximus inde,  
Inque animæ vergant cursu felice salutem!*

COROL-

- (a) l. 2. §.
- 14. Cod. de  
vet. jur.
- encl.
- (b) l. 20.  
ff. de Fideic.  
libert.

## COROLLARIA.

- I. **E**MENS à milite hostili res vicino eruptas, an vero Domino Vin-dicationem institueni eas teneatur, abs receptione pretii, restituere? Utramque defendo.
- II. **P**arem in casu, quo in adibus incendium exortum vicinoque no-citum, an Paterfam. probare, suorum culpam absuiffe, tenea-tur, an incubat conquerenti vicino, culpam intervenisse, probatio? responsionem dandi ansam prabent rationes utrimque militantes.
- III. **A**n Nomina Debitorum sub voce Baarschafft ( v.g. si testator dixit numeratam pecuniam: Baar Gelt/ Baarschafft / in-ter heredem & legatarium dividi debere ) veniant? Negatur.
- IV. **P**rior Creditor velletiam privilegiatus an pecuniam posteriori vel eriam non privilegiato à debitor solutam repetrere possit? prob.
- V. **A**n quis fundum suum cum damno vicini novo aggere muniendi-jus habeat? Pariter respondebo.
- VI. **R**etorsio injuriarum, eti licita sit, suo tamen modo melius omis-titur presertim ab iis, quibus habendi cupido est, nam Aësti-matoria, uti & ad Palinodiam actio amittitur; Jure tamen Fisci salvo.
- VII. **C**reditorem in casu l. 1. & 2. Cod. si advers. Cred. versionem in rem probare debere, tuto satis exinde non colligitur.
- VIII. **D**otalitium ( quid sit, vid. Scđt. 2. §. 4 n. 4. ) an recte Uxor petat ab heredibus, si, Marito vivente, desuper nihil con-ventum? Non convenit analogia juris, nec Auth. Dos data. Cod. de Donat. ante nupt. De contrario uſa in Saxon. reſta-tur Harim. Pift. lib. 1. qu. 5 n. 2.
- IX. **N**on inconveniens ex l. 1. Cod. de Superexact. argumentum da-titur Fericidam den Wildpreths Dieb / iterat à malitia con-tra mandata prohibitoria Principis, etiam morte puniendo.
- X. **U**trum illud, quod in Nov. 4. c. 2. dicitur: Sed neque ad res debitorum, quæ ab aliis detinentur, veniam prius, ante-quam transeat viam super personalibus &c. cuius Nov. sen-sus est: Non posse exerceri hypothecariam contra possesso-res,

res 3

res, nisi prius excuso principali debitore, per Nov. 112.  
cap. 1. vers. ab hoc, corrigitur? Neg.

XI. Male è texu 1. f. 6. cap. 1. arguit Fachin. 7. Contr. 45. feminam ad successionem fendi vocatam, & per masculum semel exclusam, perpetuo censi re exclusam.

XII. Utrum Dominus consensum præbens super oppignoratione fendi, in Casu, quo idipsum sibi post mortem Vafalli aperitur, ita teneatur, ut vel debitum luat, vel Creditorem fare suo utri pariatur, an verò pignus arg. 1. 31. ff. de pign. & hypot. solvatur? Problema esto.

CAROLUS OTTO THYLLIUS, JCTUS,  
ANTECESSOR ORDINARIUS, CONSILIARIUS  
HASSIACUS, h.t. FACULT. JURID. DECANUS,

NOBILISSIMO ET PEREXIMIO VIRO,

DN. WOLFG. CASPARO HANSMAN,

Auditori suo per triennium & quod excedit Perindustria, Solertissimo, superatis cum laude diversis Academiae periculis, pro Summis in Utroque Jure

Honoribus Doctoralibus solenniter capel-

lendis, feliciter disputanti,

CANDIDATO DIGNISSIMO,

Salutem dicit!

JUre nunc depositis, NOBILISSIME DN. CANDIDATE, ea,

que Alma Themis, quæ Astræa, Tibi, aliisque strenuis indefe-

lisque ejus Cultoribus, Jurium latifundia corculaque noctes

(a) Ajente diesque versantibus paravit; Sic per virtutis Ædem, ad Honoris Cicerone Templum aditus patet, sic (a) virtutem, qui adeptus est, ubicunque Deorum que Gentium, diligitur; Quare confido, Et reor, & si quid vere natura mens augurat, opto (b) animitusque voveo, TE, dignissimâ offici Libr. I. cii spartâ, propediem, ornatum iri. Vale, resque tuas feliciter (b) Virgil. age & favo. Dab. è Museo die XXVII. Octobr. 1707.

**ULB Halle**  
001 596 608

3



V017




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-238418-p0044-0

DFG

**Farbkarte #13**



B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

G.23. num. 3. 2. 6

I. N. D. N. I. C.

DISPUTATIO INAUGURALIS

De 1707

# DOMINIO,

*Quam*  
FAVENTE SUPREMO NUMINE

*Ex*

AUTHORITATE & DECRETO

*Magnifica & Amplissima*

FACULTATIS JURIDICÆ,  
in inclyta, quæ est Teutoburgi Cli-  
vorum Universitate Regis Bo-  
russ. florentissima

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus atque Immu-  
nitatibus Doctoralibus more majorum ritè ac  
legitimè capessendis

*Publicæ ventilationi subicit*

WOLFGANGUS CASPARUS HANSMAN,  
Ratingā - Montanus,

Ad diem Octobris, loco horisque solitis



KENFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE

DUISBURGI ad RHENUM,  
Typis JOHANNIS SAS, Academia Typographi,  
Anno M. DCC. VII.